post illuminatum nec aggressus animus. Sed ut unioni amorem vestrum unumquemque
faciam, et ditionem omniam vos ore ex proprio certiores redderem, Sunt hi nostri partus nos pri:
mum hanc produximus Societatem, Quis non putabat quantum potest in longum suam sobolem?
quis genitis interitum moliri audebit? peperimus nos tantam virtutis opus, ne vitio aut
pigritia labatur, auspicato necesse est prospiciamus, An forsan hostium trepidemus insultus, vel Cito:
rum magni faciemus insolentia, ab impiis hic laudari dedecus, nobis virtutis fama inter gloriosos pa:
rata homines, et inter nocturnos nebulonum sermunculos, Nemini usque hunc offendimus, virtutis inter se:
mitas vivimus hactenus, et vivimus adhuc, non timendum existimandum ne vestrum quempiam est quod
probis nos male audire, ij enim non populari fama sed proprijs duntaxat credunt exemplis, qui hactenus
nos omnes sigillatim viventes nihil iniqui egisse observavit, coniunctis propter virum bonum nihil agenti:
bus (testis est vita nostra) malum agere credet? Si tale quippiam audent vel nos videamus praeter
rationem id totum est, At genes rationem agunt, non iuxta verba credant cordati homines,
Si nostri alioqui habent quam velint infringere maculam, aut vitium alere garrire cupiverint
huic nos facile et prudenter quippe ~~[illegible]~~ obstruent tam virtuti addicta conversatione no:
stra hisque legibus permutatoris in meliorem vivendi normam suam illam vitam ac mo:
res. Neque enim par est probis viris hoc persuaderi posse, solae virtuti intentam socieita:
tem immane aliquod flagitium agere. tum etiam quia multorum farrisqet qui
cunctis obstruit ore, nihil ad nos populari fama, quod praeclaros viros, nisi malum geri:
mus haud aspernemur, apud caeteros praeterquam quod tandem insigni viro dedecus
est, nos ipsa tandem veritas temporis filia excusabit. Morea igitur tantummodo contra
insulsos hos impetus ut quam consuevistis et promisistis vos patienter et tolerenter gera:
tis. ac me socio inchoata studia honestasque disciplinas sectemini, fuistis quippe hactenus con:
stantes laborum omnium comites, fateor revera et laudo generosos omnium animos, est quod
vobis debeam ex vestris multum, est tamen quod volo me debiturum maius, tam fidam amicorum
- societatem haud negligam, neque eam quae fronte capillata sese mihi offert in arreptam
relinquam fortunam, Non possum pacta constantiae vobis offerre praemia nec qualia vel:
lem nec qualia debeam displicet medius fidius, At quod possum totum hoc atque quippe
vestrum est, vobis offero quod sum et quod offerre possum ~~[illegible]~~. Primo libeat vobis me
in amicum aequalem recipere amplecti quem offero amorem, et indissolubile meum
fidelitatis vinculum stipulare, Ut estis quales fuistis hactenus ut fidi maneatis socij
ut aliqua sit bonae mentis palma, in non solum amicitiae hoc exactum foedus stabilis
esse volo, verum etiam me velut in Germanum fratrem vobis offero, et ex hac hora fra:
trem vobis futurum Castiniacum et iam esse tanquam ex eodem vobis sanguine cognatus
esset situle, amore veri fraterno longe potiori ac synceriori vobiscum in perpetuum vic
victurum ore et manu hac propria promitto, His ac multo gravioribus verbis Synego:
rum corda Castiniacus in ceream molliciem deflexit, Manebant ipsi attoniti, inopi:
nato fraternitatis vinculo, nimiaque Castiniaci generositate penitus confusi. In alterna:
trum intuebantur singuli quid respondendum quid agendum esset oculorum silen
tio velut sciscitantes, obmutuerant quippe de repente singuli, nec ulli vox prom:
pta erat, aut si fuisset tantae benignitati vix erant quae correspondere potuissent ver:
ba. Morabatur tamen responsio Synagogus, dum vero diu percunctatum esset Ita
illuminatus exortus. Obstupuimus equidem Ill.me Marchio, in silentio hesitavimus,
tanto amoris affectu ac effectu, benignitatem reverenter exosculamur, neque ille in no:
bis omnibus remissior. At quid hoc est quod fraternitatis nos obstringis vinculo?